

A D SERENISSIMVM  
PRINCIPEM IVNIOREM,  
**PHILIPPVM**  
**GVLIELMVM,**  
COMITEM PALATINVM  
Rheni: Bauariæ, Iuliæ, Cliuiæ, &  
Montium Ducem, &c. Comitem  
in Veldenz, Sponheim, Marchiâ,  
Rauensburg, & Moers: Domi-  
num in Rauenstein,  
&c.

Dominum meum Clementissimum.

**Q**UEM, Princeps iuuenis, patriæ spes  
altera nostra,  
Matris deliciae, deliciaque patris,  
Quem natu paruo paruum tibi dono libellū,  
Rem docet, & gesta tempora certa rei.  
Accipe, sic teneros præcurras moribus annos,  
Et lata historias perlege fronte breues.  
Nec parui fuerit, quod parvus mole, libellus:  
Paruula mella etiam dulcia præbet apis.  
Idemque aliquis parua nuce claudit Ho-  
meri,  
Sua vis & parua pyxide fragrat odor.

A 2 AD

---

## AD LECTOREM.

**R**em tibi signantes numeros cum tempore Lector,  
Inclusit numeris pagina nostra suis,  
Nec facit incertos annos hic littera quarta,  
Qua vel omissa mihi, vel numerata fuit.  
Quingentos alij reliquis, aut amplius addat:  
Misat erit summam soluere posse meam.

---

## AD EVNDEM PETRI STREITHAGENI, ANDREAE FILII, CANONICI Heinsbergensis.

**I**lle Syracosiae ciuis celeberrimus urbis  
Scripsit in exiguo sidera cuncta vitro,  
Heliacasque domos, & totum quidquid ab  
Arcto  
Parrhasia, medium vergit ad usque diem.  
Æmulus ingenij tanti, tantique laboris,  
Lector, quem stupeas, ecce libellus adest:  
Nam gemino versu cum factis indicat annos,  
Ut disci minimo iuncta labore queant.  
Perlege, quam parvus cœlum complectitur  
orbis,  
Historias, dices, tam breue carmen habet.

A N-